

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De moderatione in confusionibus quære[n]dis adhibenda. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

VIII. DE HUMILITATE QUARENDA.

647

61. *zum Laurentius motum loci celebritate, & declinare homines cupientem : Maphee, inquit, quid moueris? V' adamus constanti gradu. Nihil enim profectus, si reliquius verbo mundum, nisi etiam opere declarerimus. Eamus cum fassis istis ac si crucibus, & gloriostum*
bodie de seculo triumphantem reseramus. Merito ita se in Catenā vicit. Vtile enim est, inquit S. Cyrillus, pro cultu Di-
luc. 18. 3. uero predorem deponere. Nam si causa pecunia sunt impudentes nonnulli pro causa fatuus nos decet botam inducere impudentiam.
62. *Sanè S. Basilius, eum, qui Religionem ingredi vult, probandum ait. An si paratus libenter, ad omne humilitatum genus descendere (ac proinde ad illa quoque, que pudorem incutunt, & nos honestè confundunt) coram aliis) idque vult fieri, missa omni reverendia, ita videlicet, ut sibi didicimur queque artificia suscipere non recusat &c. maxime autem ei, qui à splendido aliquo vita genere, ad imitandum modestissimū humilitatis D. N. Iesu Christi exemplum festinante, munera quadam praescribitur, de numero coram, qua illi sordidae astimant, qui in ciuii vita versantur: obseruanturq; num in itis, cum omni animi alacritate, non erubescerent & inconfessibilem se Deo operarium exhibeant. Hæc Basilius.*

CAPUT SEXTVM.

De moderatione in confusionibus quaren-
dis adhibenda.

63. *N*E in his confusionibus publicis eretur, duorum habenda est ratio: Primo, ne fiant sine approbatione Superiorū. Superiores enim habebunt respectus personarum, quæ se confundere cupiunt, & eorum, coram quibus, si confusionem querere volunt, tum loci & temporis, tum ipsorum confusionum, ne suscipiantur alienæ à sui status vel ordinis spiritu, & procedendi modo, ne potius sint admiranda, & magis destruant, quam adfident, præsertim personas primarias, & locorum dominos, ne illis insciis & inuitis inuehantur ludicra, & bilem loco adficationis excitant.

- Ideò in nostrâ Societate cùm Reg. 40. Magistro Nouitorum esset præscriptum, vt inter mortifications publicas, vestes adhibeantur viliores, addit. Reg. 41. vt id fiat quantum à confusione officiorum & personarum circumstantie patientur. Ad Superiorē recursus, præterquam quod impedi excessum in confusionibus, prædict etiam magis ad meritum & profectum in virtutibus, quia S. Dorotheus ait: *Sua sponte ad vitæ quoque exercitia currere, non est admodum magni profectus, quin etiam fieri potest, vt inani & vanasi gloria: at cùm vile tibi aliquid & contemptibile præcipitur, neque repugnat tu, aut contradicis, sed cum omnī mansuetudine & obedientiâ iussa capessis & facis, tum vere illud sit ad profectum.*
64. *Secundo, ne etiam cum licentia extorta in-*

discretè confusio queratur, non consentanea Apostolico spiritu, sed eremitico, suum tantum non alienum profectum querenti. Talis erat mortificatio & confusio eorum, qui vt confunderentur, mentiendo sibi aliquotus defectus adscribebant, commemorati & laudati à Clima-

co. Ita enim, inquit S. Augustinus, cauenda est arrogans (& mortificanda) ne veritas relinquatur. In-

cantè enim humiles sunt, iudicio S. Gregorij Papæ, 1. 26. mbr.

qui se mendacio ilaqueant, dum arrogiam vitant. cap. 2.

Immò mentiendo superbum, quia contra veritatem se

erigunt, quam relinquunt.

Talis erat mortificatio cuiusdam senis apud gt. 15.

S. Climanum, qui vestes resecatæ, abque viliâ passione, quippe castissimum circuitum circuivit nudus; & alterius senis ab eodem insinuati, sed à Michaële Isfeldio eius commentatore fusis descripti, quæ cùm Iudex quidam, famâ cius sanctitatis motus, vide vellet, ille id præsentiens, panem & ca- seum sumpsit in manibus, & portam Monasterij ascen- dit, ibiq; diuariatis pedibus caput manducare: quem cùm Iudex vidisset, indignatus. Hiccine est, ait Anachorita ille de quo tanta audacia incontemnens eum dis- censit. De alio quoque sene in Vitis P.P. scribitur: Cùm honoris causa ei occurrisse: quidam cum lama- padibus, despolians se, vestimenta sua misit in flumen, & caput ea lauare flans nudus ille catem qui ministrabat ei erubuit, & rogauit hominem dicens: Reuerterimini, sexen enim noster sensum perdidit, & veniens ad eum, ait illi: Abba, ad quid hoc fecisti? omnes enim qui te vide- runt, dixerunt: Quia a damonem habet Senex. Cui ille, & ego hac volebam audire.

Talis erat mortificatio S. Francisci, qui latum 6.p.l.i.c.
 pedibus calcabat, vt honorem & venerationem 73. Chri-
 fugeret, quâ illum afficere volebant: & de Fra- S. Fran.
 tre luniperò scribitur, eum eodem fine pueriles
 lusus cum pueris lusisse.

Eandem ob causam S. Franciscus nudatus in platea publicâ, coram multis, retentis femoralibus, fung ad collum alligato se trahi præcepit, usque ad laxum, quo facinorosi puniendo collo-
 cabantur; indeque cunctis audientibus se carna- cap. 6.
 nalem & gulolum proclamauit, teste S. Bonaventura in eius vitâ; quæ confusio viro sanctissimo coram Deo valde profuit: sed hoc depravato saeculo imitanda non est ab ylo.

Talis erat mortificatio B. Iacoponi eius so-
 cij, qui plumis vericoloribus cooperitus, fratri nuptias celebrantis domum ingressus, eas turpauit, vt scribit Ioannes Baptista Modius in
 eius vitâ.

His annumerari potest in hoc genere noster P. Gonzalius Silueria, alioqui vir magnæ san-
 citatis & Martyr, qui, vt scribitur à Nicolao
 Godigno in eius vitâ, coram Gynecæo Reginæ 1. 3. cap. 6.
 Lusitanæ Catharinæ (quod conuenierat ad au-
 diendum eum de rebus diuinis) ex sui con-
 temptus desiderio, veluti à potestate mentis deti-
 nitus, caput vultum variè immutare, diuersas oris &
 corporis induere figuræ, saliuam in barbam demittere,
 modo

modis mille insignem simulare satuitatem, quanquam ars non profuit. Agnouerunt enim cum id sui confundendi studio fecisse.

Schot. in
vit. Bor-
gia.
l. 1. c. 4.
num. 10.

Reprehensionem merita est illius frarris confusio, qui in vita B. Borgiae nostri scribitur praesente B. Borgiae, ut in se flagello laceraret, ingressus cænaculum ferè nudus, quam ob rem B. Borgia pœnam ei inflixit.

1000
cap. 54.

Talis fuit & illa confusio, quam refert Palladius in Historiâ Lausiacâ, de Serapione Sindonite, qui quandam Virginem Romanam horribatur, ut sublatis in humeros vestimentis probris, median pertransiret nuda Vibem, & se idem facientem sequeretur, dicens: *Iude fe intellecturum, num verè esset mortua mundo, quemadmodum profitebatur.*

Hanc ob causam prudentissime S. P. N. Ignatius, cum efficaciter commendasset nobis, ut magni faceremus summum momenti id esse duceremus, tanquam rem magnopere iuuantem ad vita spirituali projectum, omnino & non ex parte aborrere ab omnibus, que mundus amat & amplectitur, & admittemus, & concupisceremus quicquid Christi D. N. amauit & amplexus est, nimirum contumelias, falsa testimonio, & iniurias pati, ac stulti haberi & existimari; subdit, ad frænandum nimium feruorem & excellum: ita tamen ne ad illam demus occasio- nem. Ideo Reg. 40. Magistris Nouitionum præscribitur, ne hiant mortificationes publicæ, nisi ordinariæ iuxta Constitutiones: & inter enu- meratas ibi, & hic suprà, cum fit nientio vestiu- viliorum, quæ gestari possunt à Nouitiis, addi- tur eas tales esse debere quæ Religiosos deceant. Nâ si indecentes gestarentur, daretur occasio ali- cuius iudicij temerarij, vel irrisiois culpabilis sœcularibus ad talia pronis: quod caendum est. Ideo S. Ignatius dum in 2. par. punct. 3. medit. de duobus vexillis, commendat abiectionem nostri & ignominiam ob Christi invitatio- nem, subdit: *deprecando tamen culpam aliorum, ne contemptus mei tam in aliquiu detrimentum, quam in offendam Dei cedat.* Quod tamen in intelligit de no- stra contemptu quærito, sine data ex parte no- strâ viliâ culpabili vel imprudenti occasione.

CAPUT SEPTIMUM.

De silentio in Confusionibus ex accusa- tione oris seruando.

65. **V**ltimum confusionis querendæ modum dixi esse arctum silentium, tunc dum ac- culati sumus, & præsertim ad Superiores de- lati iniquæ & reprehensi, & ab iis non interro- gamur, ut quemadmodum res contigit narre- mus. Tunc enim silentium est omnino, & pro Christo iniquus accusato, ferenda æquo animo accusatio, & inde orta mala de nobis apud Superiores alioscue opinio & reprehensio. Hac

enim ratione, multum profectioni nostra acce- det. Ideo Cassianus, inter multa monita, quæ dat ad perfectionem a sequendam, ponit etiam hæc: *Si tibi vel cuquam coniuria; si irrogant im- muræ, effo immobilia, & ad responsuum talionis, vi mu- tuus ausculta, semper hunc Psalmus versicalum in corde tuo decantans: Dixi custodiām vias meas, vi non de- linguam in lingua meâ. Posui ori meo custodiām, cum considereret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis.*

Sed ut hac in re Sanctorum vestigiis insista- mus, duo explicanda sunt: Primum, quibus mo- dis silentium hoc valde & incundè in Dei auti- bus sonorum, seruandum sit. Deinde quis men- tis nostræ status esse tunc debet, dum scimus nos, siue iustæ, siue iniustæ, delatos, & eam ob rem vehementer nos erubescere & confundi sentimus. Quoad primum, plures quam 60. mo- di silentij in talibus occasionibus seruandi, sicc à me explicati sunt, & Sanctorum exemplis ac dictis illustrati in alio Opusculo: hic tantum duodecim silenti modos breviter commemo- rabo, quos & plures alios opera pretium puto legi in Opusculo de modis serenda Chilli- crinis accuratè à me explicatis, in gratiam eorum, quos Deus eadem, quâ Filium suum, vi- ducit ad calum.

Primo noli te excusat seu purgare direx- ti, si id à te non exigitur, si non teneris sub pecca- to purgare, præsertim si non auditus con- demnaris.

Secundo. Dom interrogabis ab eo, qui habet ius sciendi an deliqueris, ad id tantum præse- responde, quod sufficit ad satisfaciendum interroga- tionis, non commemoratis aliis rebus, vel circumstantiis, quæ magis possunt declarare in- nocentiam tuam, aut aduersari culpam, nisi certò præsumas Superiorem scire velle omnes rei circumstantias, tunc enim manifestanda es- sent omnes.

Admirabile præbuit huius rei exemplum an- cilla Saræ Agar, quæ cum fugam iniisset, eò quod affligeretur à Sarâ, & inuenta ab Angelo in solitudine ac interrogata: *Agar ancilla Saræ unde venis, aut quo radu? sicce respondit: A facie Saræ Domina mea ego fugio.* Vbi S. Chrysostomus, h. 5 in Vide, inquit, quomodo circa odium meminit Domina. Gen. non dixit: male afflxit, non dixit: Grauia mihi fecit non possum ferre molestiam eius, id est fugam ini, sed solum se ipsam & fugitiam accusavit. Si & nos fa- cianus. Verum li Superior velit scire omnia propterea, studio obedientiæ, sine desiderio vindictæ, dicenda sunt omnia. Hoc modo S. Eugenia Virgo, cum spreto sposo profugisset, seruandæ virginitatis cauâ, & masculo habitu via inter Monachos se abdidisset, stupri accusata, cocta fateri quæ esset, tandem martyrio affecta est cruento post incuruentum calumnia.

Tertio. Noli te purgare etiam coram iis, à quibus scis, vel suspicaris, te accusatum, sed dis- simula.